



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Avli Persii Flacci Satyrae Sex

Persius Flaccus, Aulus

Basileae, 1582

VD16 P 1629

Ioan. Thomas Freigivs, Guilielmo Adolpho Scribonio S.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34803

IOAN. THOMAS FREIGIUS,
Guilielmo Adolpho Scribonio S.

H Y S I C A M tuam , secundum leges me-
thodicas κατὰ παντὸς, καθ' ἄυτην, καθόλου τεῶν
in ordinem redactam , proximisque nundinis
editam, summa cum voluptate legi. Recte feci-
sti , quod nugas illas, quibus me in scholasticis
tenebris irretitum olim memini, quibusque me beatū & lau-
tum physicum factum putaui , è medio sustulisti, & ex agro
physico eiecisti. Quid enim causarum illa, motus, temporis,
loci, logica ideoque in physicis heterogenea tractatio. : quid
vacui & infiniti (quorum nihil in rerum natura est) matæo-
logia in physicis facit ? Macte itaque ista virtute, Scriboni,
& quod cepisti, alacriter perfice. Vnum enim supereft, ut quæ
de astris & planetis defunt, plenius exequaris : historiā me-
tallorum, stirpium, animantium vberius ex Agricola, Mat-
thiolo, Gesnero, tanquam rerum physicarum Oceano, in an-
gustum alcuum legibus Methodi contrahas, Habes enim
præter Logicæ adiumenta, quæ te in arte constituenda non
oberrare sinent : magnum quoque ex arte, cui te mancipasti,
auxilium. Nam Medicinæ (cuius pars olim habita est phy-
sica, quem errorem, vt nosti, Ioubertus clarissimus nostræ æ-
tatis Medicus indicauit et sustulit) te studiosum esse, ex Phy-
sica tua intellexi. Sed vt ad eam rem maior tibi animus ad-
datur : vtque inter nos arctior familiaritas cōtrahatur : hos
in Persium commentarios (quos à P. Perna Typographo ac-
ceptos, multis laboribus correxi & transscrípsi) tibi inscri-
bere constitui. Valentinus præter alia cum reliquis cōmu-
nia, hoc proprium habuit, quod cum Persio Horatium dili-
gentissimè vbique contulit : quem etiam Tiguri suis his
commentarijs illustrauit. Volscus autem maiorem verborū
rationem habuit : licet ex Plínio & historicis pleraque ex
poetis etiā fabulas, quæ ad obscura authoris loca illustranda
facerent, non segniter conquisiuerit. His ego ex parentis mei
Nicolai Freigij bibliotheca adieci ea, quæ is à Philippo En-
gelbrech-

7

gelbrechto Engētino poeta festissimo (qui Freiburgi Brī-
siacorum poeticam olim docuit) publica acroasi quasi sua
fecerat. Adiecum etiam Foquelinum, qui (ut Rami disci-
pulum agnoscis) præter Grammaticam, Rheticā, Ethicā,
Politicā, Historicā, Poesin : etiam Logicam quasi prior-
rum ~~τεχνῶν~~ superstruxit : Adeò ut si qua huic laus præ ceteris
tribuenda sit, ~~λογικῶν τεχνῶν~~ eum iure optimo dicere queamus.
Hoc ergo mei erga te amoris & benevolentiae signum bene-
uolo animo excipo, meq[ue] inter tuos amicos, vel in
extrema cera, scribito. Vale. Dat. Altorfij No-
riconum. Anno 1578.

JOANNIS Murrillij Ruremondensis in A. Persij
Prologum, & Satyras, Argumenta.

Commendat, ridens alios, præfatio yatem:
Nobilium prima mores taxantur inepti,
Carpit auaritia mala vota, precesq[ue] secunda.
Tertia desidiam iuuenum fastusq[ue] lacebit.
In quarta stultus Rex, Censoresq[ue] notantur.
Cornutum laudans aperit penultima seruos.
Ultima perparcum Satyra infectatur auarum.

AELII Antonij Nebrisensis in Satyras Argumenta:

Prima poetarum mores, & tempora monstrat.
Quidq[ue] optare deceat, quod non optare, secunda.
Tertia virtutis iuuenes inflammat amore.
Rem populi ignaros prohibet contingere quartæ.
Quintæ docet, qui sit liber, qui sit quoque seruus.
Ultima, ob hæredis curam, castigat auaros.

JOANNIS Pierij Valeriani Bellunensis in
easdem Argumenta.

Prima leueis carpit vates mollemq[ue] Neronem,
Alterasq[ue] vanas, & inania vota, precesq[ue].
Tertia cessantem circa præclara inuentam.
Censores quarta insanos, & facta Neronis.
Quintæ hominum in vanis diuersa negotia rebus.
Duriter impransos sextæ infectatur auaros.

53 V R.